



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

X. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen dem Kloster Spandow sieben Hufen Landes in Dalgow, die Ritter Rudolph von Schneitlingen dem Kloster überlassen hat, am 20. November 1271.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

henni confirmatione roborandum. Huius rei testes sunt: frater Anno, Henricus de Grobene, Albertus de Grobe, Bruno de Redinhefedorp, Gerardus de Sconeplet et alii quam plures. Datum Anno incarnationis dominice M^o. CC^o. LXX^o.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

X. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen dem Kloster Spandow sieben Hufen Landes in Dalgow, die Ritter Rudolph von Schneitlingen dem Kloster überlassen hat, am 20. November 1271.

In nomine l. e. i. tr. Amen. Otto et Albertus, dei gracia Marchiones Brandeburgenses, omnibus in perpetuum salutem in domino. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in linguis testium uel scripture testimonio perbennari. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, quod cum Rodolphus, miles noster specialis, dictus de Snetglinghe, vnam filiarum suarum monasticam uitam absolute ducere cupientem in Zspandow monasterio sanctimonialium ordinis sancti benedicti obtulisset et eandem dictum monasterium pure propter deum nostrisque interuenientibus precibus ad suum conforcium recepisset, dictus miles septem mansos, quos tunc a nobis feudali iure tenebat, in uilla dalghe sitos, intuitu pietatis deputauit monasterio memorato, ne eidem dicte filie ingressus existeret honorosus, petens a nobis humiliter, ut tam pie uoluntati sue beniuolum preberemus effectum. Nos ergo eius precibus inclinati, dictos septem mansos cum omni iure proprietatemque eorundem contulimus et donauimus monasterio sepedicto perpetuo possidendos. Vt autem hec donatio per nos heredesque nostros in perpetuum inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Testes huius sunt: Frater Anno ordinis predicatorum, Henricus et Arnoldus milites dicti de grobene, Henricus de bredow, Albertus de Sneglinghe, castellani in Zspandow. Datum in Zspandow, anno incarnationis dominice M^o. CC^o. LXXI^o. Indict. III. Concurr. V. XII kal. Decembris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XI. Bischof Heinrich von Brandenburg vereignet dem Kloster Spandow acht Hufen Landes in Stafen, welche Graf Günzel von Schwerin von dem Bischofe und die von Döbberitz von dem Grafen zu Lehn getragen, letztere aber den Jungfrauen zu Spandow mit der Bedingung zugewandt haben, alle Kirchen zwei Meilen im Umkreise mit Wein und Oblaten zu versehen, am 26. März 1273.

In nomine domini Amen. Henricus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus, uerfifis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Acta presentis temporis scripturarum solent testimonio confirmari, ut ordo et causa rei preterite posteris declaretur et